4413 C. Ruf. | Volusianus[1] v. c. | pater, ierofanta[2], | profeta Isidis, pontifex dei Sol. | vot. solvi.

Romae rep. in monte Aventino (VI 846 vidit de Rossi). — 1) *Sine dubio ex gente Rufiorum Volusianorum supra N. 692. 1213. 1222. 4154.* — 2) *Hierophanta scilicet Hecatae, cf. N. 1260. 1264. 4152. 4153.*

4414

[*hic iacet Ogygii Bacc*]hi dei nota | [*sacerd*]os |
[*pastophorus*]quae[1] *(sic)* deae Nilo|[*tidis usque p*]udica, |
[*nomine Ale*]xandria, cui flos | [*vixd*]um[2] iuventae, |
[*cum iam P*]arcarum nota sustu|[*lit*][3] invida Diti[3]. |
[ἐνθά]δε Ἀλεξάνδρια κόρη πρόπο|λος Διονύσου, |
[π]αστοφόρος[1] τε θεᾶς Νειλώτιδος Εἴσιδος ἁγνῆς, |
εἴκοσι δὶς πληρώσασα χρόνῳ[4] κεῖται λυκαβάντων
(in latere dextro figura puellae pastophori).

Romae ut videtur rep., fragmentum sacrophagi, iam Florentiae (Eph. ep. 4, 874 = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1366 Henzen vidit ectypum; Buecheler carm. epigr. 547). — 1) *Collegia pastophorum Isidem colentium saepius memorat Apuleius (met. 11, 17. 27. 30, qui ipse narrat se inter decurionum quinquennales collegii pastophorum in urbe Roma adlectum esse, ib. 11, 30 p. 817 Oud.); collegium pastophorum Industriensium est V 7468.* — 2) *Supplementum incertum.* — 3) *Abstulit ad Ditem (Bue.).* — 4) χρόνους *requirit Kaibel.*

4415 *(luna)* d. m. | Maximini | Festi pausar.[1] | Isidis t. p.[2] Arel. | collegae.

Arelate (XII 734 vidit Hirschfeld). — 1) *Cf. supra N. 4353.* — 2) *Titulum posuerunt (Villef.); de Iside triumphale (cf. N. 4360) populi Arelatensis cogitavit Mommsen.*

4416 dis manib. | C. Iulius Pr[*i*]mio | Isidis scopar., | vix. ann. LXXX. | Pie, salve.

Syracusis (X 7129 vidit Mommsen).

4417 sacerdos Osirim | ferens, προφή[της] | Ὀσείριν κ[ο]μ[ί]|ζω[ν][1].

Tyri rep., in statua artis Aegyptiacae, signum Osiridis prae se ferentis, t. incisus in latere hypobasis; in postica hypobasis legitur titulus hieroglyphicus (Erman Zeitschr. f. aeg. Sprache 31, 1893 p. 102). — 1) ΚΩΜ///|ΖΟ// *editum est.*

4418 d. m. | et memoriae aeternae | Lepidi[1] Rufi anubofori[2], | qui vixit annos XXXX m. VIIII d. III, | qui genuit palea matri[3] filio p.

Viennae (XII 1919 bis ut videtur descripta saec. XVII). — 1) Epidi *alterum apographum.* — 2) *Hic desinit alterum apographum. De re cf. vit. Comm. 9, 4: sacra Isidis coluit ut et caput raderet et Anubim portaret.* — 3) *Haec, quae desunt in altero apographo (cf. not. 2), corrupta esse apparet.*

4419 A. Iulius Leonas do|num quod promi|serat Anubiacis, Do|mestica libert. d. s. p.

Nemausi (XII 3043 vidit Hirschfeld).

archive.org